



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica Palmarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

vestro moriemini. Quærit peccatores, peccatores eum fugiunt, denique se elongat à peccatoribus. I. Quòd quærat Deus peccatores, *Excessus Amoris est.* II. Quòd peccatores Deum fugiant, *Excessus Ingratitudinis est.* III. Quòd Deus discedat, & se elonget à peccatoribus, *Tristis affectus Vindictæ est.* Unde paret Difficultas, quam habet Deus nos deserendi; Violentia, quam ei facimus, ut nos deserat; Miser Scelus, in quo sumus ab eo deserti. *Scientia universalis pro Cathedra, seu Dictionarium Morale.*



DOMINICA PALMARUM.

THESIS I. *Solvite, & adducite mihi.* Peccator
hi. Matth. 21. v. 2. I. *Ani-* conversus.
 ma peccatoris *ligata est.* Afina est a-
 nima alligata multis vinculis peccato-
 rum, inquit S. Hieronymus. Vincu-
 lum nostrum avaritia est, vinculum no-
 strum ebrietas est, vinculum nostrum
 G con-


concupiscentia est, vinculum nostrum
superbia est: Sunt & diaboli vincu-
la: Scriptum est enim: *Hanc filium
Abrahae alligavit Sathanas decem & octo
annis* S. Ambros. in Pl. 118. Item ma-
habitus, & passiones vincula sunt.
Solvitur per Confessionem à Sacerdote
item per Contritionem in ejus absentia
III. Adducitur ad Deum per Verbum
Dei, per bona exempla &c. *Brevi-
ville.*

Peccatum. THESIS II. *Cùm appropinquasset
JESUS Jerosolymis, & venisset Bethphage
ad montem Oliveti.* Matth. 21. v. 1.
Passio Christi ostendit, quàm grande
malum peccatum sit. *Vide Segue
Christianum institutum in sua Lege. par-
2. Discurs. 21.*

*Triumphus
Christi.* THESIS III. *Osanna Filio David
vid.* Matth. 21. v. 9. I. Christus
Redemptor noster triumphat moriens
II. Mundus triumphans infert morti
tem. *Reina Dom. Palm.*

*Tempus
Sacrum.* THESIS IV. *Cùm appropinquasset
JESUS Jerosolymis.* Matth. 21. v. 1.
Hebdomas Major, quemadmodum
semper in summa veneratione ac
veneratione à primis Christianis transacta
fuit

fuit, ita etiam nunc à nobis coli oportet. I. Mortificatione Corporis. II. Abdicatione omnis generis Deliciarum, III. Purgatione animæ à Peccatis. IV. Cessatione, quantum fieri potest, à Labore manuali. *Faber hic Conc. 3. item Kybler tom. 2. fol. 843.*



DOMINICA RESURRECTION.

THESIS I. *JESUM queritis Nazarenum Crucifixum: Surrexit.* Marc. *vita crucifixa.*

16. v. 6. Deus Christo in Resurrectione sua cumulatè restituit I. *Vitam Naturalem*, quam in Passione sua perdidit. II. *Vitam Civilem*, id est honorem, quem ipsi Judæj abstulerunt. III. *Vitam Moralem*, qua vivebat in corde hominum, qui ipsum deseruerunt. *Andreas Caviari part 2. Exercit. 24.*

THESIS. II. *Surrexit.* Marc. *Resurrectio.*
16. v. 6. I. Resurrexit in eo *Mundus.* II. Resurrexit in eo *Cælum.* III. Resurrexit in eo *Terra.* Erit enim *Cælum novum, & Terra nova.* *S. Ambrosius*

G 2 brofs